

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

August Varenius Conradus Copius

## In Chaggaeum Exercitatio Altera

Rostochii: Richelius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772392188>

Druck Freier  Zugang



R u. Kiel 1650

Varenius, August/a

Copius, Conrad

Thagg. II



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn772392188/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772392188/phys_0002)

**DFG**

# IN CHAGGÆUM

Exercitatio Altera,

Quam

Annuente Altissimo

sub

PRÆSIDIO

VIRI

*Admodum Reverendi, Clarissimi,  
& Excellentissimi*

**DN. AUGUSTI VARENII**

S.S. Th. & Phil. D. Prof. publ. in illustri  
Academia Rosarum, Præceptoris, Fautoris,  
& Promoris sui æterno observantiae  
cultu colendi,

*Publicè discutiendam proponit*

**CONRADUS COPIUS,**

HAMBURGENSIS.

*Habebitur in Auditorio Majori ad diem*


*19. Octobris.*

S : S.

ROSTOCHII

Typis Johannis Richelii Senat. Typogr.

Anno c1o 156 L.



*Admodum Reverendis, Excellentissimis,  
Consuleissimis, Clarissimis,*

DN. JOHANNI MOLLERO SS. Theol. D. Rev. Min. Sen.	DN. M. JACOBO GROSSE ad D. Cathar.
ad D. Petri	
DN. M. GOTHOFREDO GESIO ad D. Nicolai	DN. JOHANNI BALTHASARI SCUPPIO, SS. Theol. D. & ad D. Jacobi

in inclyto Hamburgo

PASTORIBUS VIGILANTISSIMIS.

DN. LUCÆ BECMANNO p. t. Judici.	DN. DAVIDI PENSHORN J. U. Lic.
---------------------------------	--------------------------------

Senatoribus amplissimis.

DN. M. JOHANNI COPIO Scholæ Joh. Collegæ.	DN. HERMANNO SCHELE Civi apud Hamb. eximio.
---	---

DNN. Mecœnatibus, Promotoribus, Fautoribus, Patri, Affini,  
eà qvæ meritis debetur, subje<sup>c</sup>tione venerandis

S. P.

**H**oneste<sup>m</sup>entis est, suæ virtutis, certè vigiliarum edere specimina, qualia in Academiis sunt Disputandi & Declamandi Exercitia, quasi Viris Doctrinâ & Dignitate Excellentibus probentur satis amplum, id est, benè natæ menti Theatrum! Ea me causa impulit Excellentissimi, Clarissimi Viri & ad hanc Disputationem publicè in Roseto hoc Varno-Baltico defendendam, & vobis, quibus omnia debo, & quorum singularis favoris & patrociniū luculenta documenta habeo dedicandam. Agite, Disputationem hanc sub vestris titulis lucem videre, sereno vultu concedite, & qui innumeris me beneficis jam ornatis porrò meis studiis Academicis in sublimi vestrâ speculâ, vel hononibili Spar-tâ, favete: sed & ad usq; lentè revolubilem Platonis annum publico patriæ bono valete. Dabam celerr. ex Museo meo in inclusâ Ros. A-cad. ii. Octobr. Anno 1650.

V. Adm. Rev. Excell.

Applit. & Clarit. O.

CONRADUS COPIUS, Hamb.

***Ad Dn. RESPONDENTEM.***

**S**i nos usq; ageret menti vis propria nostræ,  
Omnibus alta forent curæ. Sed terrea multos  
Corporis affigit moles, frustraq; resistit  
Coeleste imperium mentis. Tibi svaferat alta  
Perswasitq; animus. Duraturæ hinc sibi laudis  
Tempore nasceretur messis lætissima justo,

**Casp. Mauritius, SS. Th. D.**  
*ejusdemq; P. P. & Ecclesiastes.*

**Q**ui per te resonat *Maschiah Gloria Templi*  
*Sis, faxit, templi gloria Gambrii.*

*Celerr. inter occupat.*

**A. Varenius.**

**E**mtorem proba merx facile invenit, hand opus ullà  
Est hederæ concinnæ merx doctrina vocatur,  
Qvæ rutilis certat gemmis, fulvoq; metallo.  
Hinc facile emitores nanciscitur: Et tua COPI  
Mens pretium mercis tanta æstimat, hinc qvoq; gnarus  
Emtor ades, voveo Tibi cedant singula faustè,  
Doctrinæ ut mercem sartam teclamq; reportes.

**Johannes Corfinius, Licent.**  
*D. Mar. Past. & P. P.*

**H**ac R<sup>e</sup>ni<sup>s</sup> est Cepi, qua tela reter queat Apella:  
Haggei textus + vera probare potest.  
Macte istoc studio, te gloria certa manebit;  
Post <sup>7. 8. 9. 10.</sup> hunc demum præmia Treva dabit.

† Cap. 2.  
v. 7. 8. 9. 10.  
M. Christianus Woldenbergius,  
J. U. C. Crempâ-Holsat.

**D**e Cathedra certamen inis Doctissime COPI  
Deq; arduis, dabitq; laudem: Neve enim  
Est leve, divini constanter, dogmata Verbi  
Adversus hostes non leyes tuerier.  
Ergo macte tuâ, sic sedulitate, Tibiq;  
Acceder æqua crede fors laboribus,  
*Hæc pauca apponebat*  
*Johannes Horstius, Holf.*

**Q**uae sacer arcano vates oracula sensu  
Occulit, ingenii dategis arte, Tui;  
Nil rerum jam nocte latet, facilisq; legenti  
Pagina divinas sponte recludit opes.  
Fallor? an Aggœum saero qui concentit ostro.  
Spiritus, hic animos afflat, Amice, Tuos?  
*Honoris gratiâ pos.*

Hieronymus Prætorius,  
Hamburg.



# IN CHAGGÆUM EXERCITATIO ALTERA & ULTIMA. PHARASCHA V.

I.

**D**undamentum eminentiæ domus secundæ præ prima, tum ex illâ mirabili שׁעַר seu commotione, tum ex כָּל הַתִּירְאָה, חֲמֹרָת כָּל, tum vel maxime ex voce כָּבֵד totaque Phrasí: *Implobo hanc domum gloriae, in primâ Disput. excussum, idq; gloriosem Magni Dei & Salvatoris nostri JESU Christi seu Zemach illius Sach. 3. &c. 6. Regis & Sacerdotis in Israël, tertiq; templi Spiritualis, Majestatici Instauratoris, sub & in hac domo manifestationem & Schechinam esse, vendicavimus. Quid Iudeorum Magistri huic veritati Propheticæ opponant, nunc examinandum erit.*

2. Et quidem dissensum, circa illustre de gloriâ domus secundæ vaticinium, ipsi produnt, dum passim tritum illud נֶרֶךְ כִּוֹה רֶגֶל in acie ponunt. R. David Kimchi: יש אמרים בשנות ווש אמרום id est, *Sunt qui dicunt, illam magnitudinem (quando dicitur: Magna erit gloria domus &c.) consistere in majori duratione: alij in ipsius operis magnitudine vel pulchritudine.* Addit sententiam: זה וזה הווים כי כתה ראי עמר וה' שנח ונורת שני i.e. *Utrumq; recte quia dominus prima uero: secunda 120. duravit annis: pergit: et hoc גָּדוֹל בְּכָנִין* i.e. & sic major qvodq; fuit magnificentia molis vel adfiscij: provocat ad Rabbinos Antecessores, Josephum Gerionidem, & ad illud, qvod sub Herode ad omnium seculorum invidiam domui secundæ accessit stupendum orna-

A

men-

חוֹר אָמֵד בְּבִנְיָן וְחוֹר בְּשְׁנַוֶּת שְׁשָׁנוֹ : Sic Sch. Jarchi : בַּיּוֹתְרָאשָׁן תֹּוּ שָׁנָה וּבַיתְרָ שְׁנָה : id est, *Unus dicit illam majorem fuisse adifici magnificentia : alter annorum 10. excellentiam.*

הפרוש 3. His dubitantibus recte se opponit R. Abarbinel : הַוְרָן קְשָׁרָה לְסִכְלָוּ מִפְאָרֶת הַסְּפָקָוֶת אֲשֶׁר הַעֲרוֹתִי עָלָיו : id est, *Illam utramq; expositionem admittere durum est, propter dubia illa, qvæ excitavi contra illam.* Qvænam sint illa constat ex questione ejus secundâ, tertîâ & quartâ, scilicet 1. כי הקבָּה סְוִקָּ שְׁכִינָתוֹ מִשְׁרָאָל וְלֹא רָצָח לְחַשְׁפֵּיעַ חַמְשָׁת הַוּבָם Schechina seu quinq; principalium rerum in domo secundâ רַעַש nec de Has moneorum temporibus, nec de Herodis Magni magnificis in templum amplificandum sumtibus intelligendum. 3.

אוֹז אָפֵשָׁר שְׁהָבָה שְׁכִינָה זְרֻכָּל בְּמִרְחָה אֲשֶׁר נָתַן לְהָם מֶלֶךְ פְּרָס הַיָּה יוֹתֵר נִכְבֵּר מִן הַבַּיִת id est, *Impossible est, ut domus à Serubabele ad mensuram à Rege Persie sibi datâ adificata, gloriostior splendore dici possit domo à sapientissimo Regum Salomone ad mensuram ipsius Dei adificata.* 4.

אֲפָג שְׁנָאָמֵר שְׁהָבָן שְׁעָשָׂה הַוּרְדוֹס הִיא יְפָה וּשְׁרוֹר פָּאָר לא מִפְנֵי זֶה רָאוּ שְׁנָה שׁוֹרָמָה בּוֹפְטוֹ אֶל הַבַּיִת אֲשֶׁר בְּנָה שְׁלָמָה בְּיַמְּתָה שְׁוֹכְנֵי חֹגֶל מִפְטוֹ וּטוֹבָו שְׁלֵי בִּירָת הַוּרְדוֹס הַזָּהָר בְּעָרָק וּבְכִירָה אֲשֶׁר בְּנָה זְרֻכָּל : id est, *Ex illo, quod dicitur, de adificij ab Herode extructi, pulchritudine, & dignitate splendore non sequitur illam domum suâ pulchritudine & splendore vel ex aqua, vel super aqua pulchritudinem vel splendorem domus prima : sed tantum rediisse ad pulchritudinem, & splendorem, quem habebat, sub Serubabele, adeoq; ne hâc quidem insigni splendoris & magnificentiae accessione jam factâ dici potuit, quod major fuerit domus secunda gloria, quam prima.*

4. Qvæ

4. Qvæ de domus ab Herode extractæ splendore roties obſiciuntur  
Judæi, ſine dubio conueniunt cum illo, Joh. 2, 20. **Tearaqanra** וְתָרַקְנָרָא : Licet autem qvæ hic dicuntur de  
46. annis : Beza ad primam ædificationem referat, Cyro XXX. annos:  
Cambysi VIII: Magis duos annos attribuens: accedunt anni Darii  
(Beza: Hyſtaspidis) cuius anno VI. abſolutum ſit templum Ezra 6, 15.  
adeoq; à primo Diplomate Cyri de ædificando templo ad ejus perfe-  
ctionem computat hos 46. annos: rectius tamen, ſine dubio, faci-  
unt, qvi ad iſtaurationem Herodianam, totum hoc 46. annorum tem-  
pus referunt. fuit quidem ipsa iſtauratio non niſi 8. vel 9. annorum:  
continuatio tamen operis & perfectio totalis non niſi sub Agrippa, an-  
no Tib. Cæſ. 15, ad qvem ab anno 19. Herodis M. ſunt anni 46.

5. Pergit R. כל שכו שהכתב לא אמר גדול יותר חכית הוה  
אחרון ולא העשר ולא רוכחנות הבניין אמר הכהן  
id est, *Quin accurate notandum Prophetam non dicere: Majorem fore vel  
pulchritudinem vel opum splendorem, vel durationem domus posterioris:  
sed Gloriam, qva nulla alia eſſe poſſit, qvam illuſtris diuina prieſticia.*  
Hæc omnia præclare contra Rabbinos Antecessores disputat Abarbi-  
nel: rectè majorēm splendorem, vel magnificientiam externam domus ſe-  
cunda p̄r primā negat: rectè non in extero ſplendore: ſed GLORIA  
illam præminentiam ſtuendam, affirmat: ſed & non obſcurè per-  
Meſſie manifestationem glorioſam, hanc GLORIAM explicat: male a.  
talem Gloriam, & qvicq; hic dicitur ad tertium templum applicat.

6. Gloriam domus posterioris intellecturus, qvæ prioris  
gloria fuerit & dicatur, ut intelligat, neceſſe eſt. Scilicet ex euentibus  
ex Ægypto Israelitis Dominus ipſe in illa 40. annorum peregrinatione  
anterivit illos, diu in columnâ nubis: noctu in columnâ ignis: nec re-  
ceſſit columnâ nubis illius diu: nec columnâ ignis noctu ante populum  
&c. vid. Exod. 13. v. ult. c. 14, 24. Illa ipsa nubes וְהַעֲנָן הַכָּבֵד vel  
poſtea operuit tentorium à Moſe eretum, & (ſic) gloria Domini im-  
plevit tabernaculum, usq; adeo ut non poſſet Moſe venire ad tentorium  
conventus: nam habitavit ſuper illud nubes illa (glorioſa) & gloria Do-  
mini replevit tabernaculum illud, vide plur. Exod. 40. à v. 34. adf. cap.  
Eadem Schechina, nubes glorioſa vel GLORIA fuit in templo primo, &

replevit domum Domini & S. Sanctorum, cum in id introducta esset arca: quin nec ipsi sacerdotes stare potuerunt ad ministrandum coram Domino. nam gloria Domini implevit domum illam, vid. Lev. 9, 23. 24. 1. Reg. 8, v. 10. 11. Atque hæc primi gloria templi: At templi secundi illustrior gloria promittitur, quæ nulla alia esse potest, quam Deus (non in nube non in igne: sed:) in carne manifestatus, ipse Scilicet Dei Filius, qui nunc caro factus est, & ἐν λύσει εν οὐρανῷ: sed & illustris suā præsentia sub & in domo secundā, fecit ut major esset gloria domus secunde, quam prime. Sicut autem de prima illâ Dei ipsis in Tabernaculo, seu Ecclesiâ primâ Judaicâ, præsentia verbum שְׁכִינָה Mosche: Ita de hac altera verbum ὄντως Johannes usurpat: illam Schechinam cognatâ voce exprimens, quin, sicut illa præsentia divina apud Ebraeos dicitur: Sic & ipse Dei filius toties in Paraphrasis Chaldeis: sed & Johanne id quod diximus mysterium respiciente ὄντων Σοες dicitur, vid. locus illustris Apoc. 21.

7. Notetur igitur, quod non de magnitudine molis, vel durationis, vel pulchritudinis: sed GLORIAE loquitur Prophetæ: notetur inquam vox קְדוֹם quæ de divinâ & illustri revelatione, Schechina, seu Dei filio, in nube gloriosa Tabernaculi & Templi primi est usitatissima: imo tota Phrasis: Implete gloria templum, quam Chaggæus hic habet, necessario ex allegatis supra locis est exponenda. Conf. de Schechinâ Ecclesiae N. T. & illustri hæc materiâ Esa. 4. v. penult. & ult. item cap. 60, 1. 2. R. Abarbinel discursum prolixum in hanc Pharascham claudit: הנה חַבָּאֶר שְׁפֵת עַד אֶחָת לֹא נָמְרוּ עַל בָּרָת שְׁנִי כִּי אֲסֵף עַל הַבָּרָת הַעֲתָד לְהִווֹת הַרְאָה דָשֵׁי לְנִכְיוֹן אֲגָב גָּרְאָה דְבִירָת שְׂנִי עַנִּין הַבָּית הַעֲתָד שְׂוֹרוֹת בִּתְהָה, לְכָבוֹד id est, Totâ hæc phrascha non loquitur nisi de domo futura (tertia) nam Dominus benedictus ostendit Prophetæ suo per occasionem domus secundæ, rationem domus ultimæ seu teriiæ, ita glorificandæ. Sed hæc Disputat. 1. excussum. Nunc saltem notetur illam expositionem de templo tertio contrariari, 1. tam generali, Prophetæ, quam speciali hujus Pharaschæ propositioni, & resolutioni. 2. tam emphaticæ domus secundæ determinationi: implebo, inquit Deus, hanc ipsam domum, דְבִירָת הַבָּית זוּה Dieses Haus/ ja eben dieses Haus. Gloria: sic statim

statim in v. 10. Major erit gloria hujus domus, hujus ipsius, hujus posterioris (quam scilicet vos putatis esse) in comparatione ad pri-  
 mam) quam prioris illius. Ecce quam signanter Spiritus S. domum  
 illam, quam cum edificabant, in quam digitos intendere Propheta  
 poterat, imo quam Propheta unice tua curabat, specificet, ut illi con-  
 tradicere, grande sit piaculum. 3. Efræ c. 5, 1. 2. & 6, 14. collationi.  
 4. Veterissimorum Ebreorum expositioni. Sed & 5. Expressæ Ha-  
 rischon & haacharon oppositioni, quæ cum obtinet, non specificato alio  
 interveniente secundo, secundum, idq; postremum & ultimum notat.  
 ראשן ואחרון לא יאמר בשם צור על שנים בלב אבל יאמר עיריהם אחר שני כי ראשון וآخرן לא יופלו כי אם במנין שרצה או ממש ולמעלן  
 id est, De duobus dicitur non Rischon & Acharon: sed Echad, & Scheni,  
 i. e. primus & secundus: nam prior & posterior seu Rischon & Acharon  
 non dicitur, nisi ad minimum sit numerus ternarius, vel illo superior: Fal-  
 sitas regulæ constabit ex Exod. 4, 8. 9. Esa. 44, 6. cap. 48, 11. ut pluri-  
 bus illam examinare, frustra sit. Et sic clauditur pharascæ de templi  
 secundi gloria. De quâ plura diximus Disp. 1.

## PHARASCHA SEXTA.

Cap. II. à y. 10, ad 20.

Argumentum hic est sextum ab evidenti imperata rei fructu, benedicente Deo, scilicet, quia, sicut operis intermissi comes perpetua fuit infelicitas: sic nunc, operis incepti & continuati comes, est & porrò erit omnimoda felicitas, ubi ad experientiam provocat. Conferendo statum pristinæ infelicitatis, cum praesenti omnimodæ felicitatis, Ihr sehet es ja vor augen/ daß es euch von dem 24. Tage des 9. Monats in allen euren Vornehmen besser gelungen: Und daß ihr an statt des vorigen Glücks eitel Segen spürst. Conf. cum hoc argumento, Esa. cap. 6, 14. ubi Judæi dicuntur: בְּנֵי וּמְצֻלָּה אֱדִifice, & prospere egisse, secundum quod predixerat Chaggai: sic ibid: ובנו שְׁכַלְוּ: respicit maximè orationem hujus pharaschæ. Transit autem ad hoc argumentum

occasione novæ prophetiæ, geminiq; typi monstrans in utroq; fundamen-  
tum prioris infelicitatis: Res sacra tactu non sanctificat profanam: at res immunda solo tactu polluit res sacram & profanam, v. 11. 12. 13. applicatio fit v. 15. ita tantum abest, ut vos haec tenus variis sacrificiis &  
religiosis operibus sanctitatem contraxeritis, ut potius illas res sacras, ob-  
lationes, festorum celebrationes, preces, cordis immunditie inquinaveritis  
& abominabiles maximè reddideritis.

2. Inscriptio pharaschæ est in v. 11. in mense sexto die 24. qvi  
est Elul aggressi sunt functionem vel opus domus Domini exercituum  
vid. Pharasch. 4. cap. 1. vers. 14. &c ult. Scilicet: **להכין המלוכה לבני**:  
**מhabננים והעשים הצריכם לבני**: id est, ad disponendum adificij o-  
pus, lapides, ligna, aliaq; necessaria: pauloq; post intervenit publicum  
Darii Regis Diploma: hinc jam fervet opus, adeò ut mense nono, qvi  
est Kislev die 24. cœperint actualiter adificare domum Dei cap. 2. v. 18.  
& hoc ipso vigesimo quarto die mensis noni utraq; hæc posterior Phara-  
scha obtigit Chaggæo לאמור לכהנים ad dicendum Sacerdotibus  
**לשואל אותם בשם י' צבאות על חלבות קדש טומאה וטהרה**  
id est, ad interrogandum eos in nomini Domini exercituum de legibus san-  
ctitatis, pollutionis & munditie: verba sunt Rabbini. Atq; hinc patet  
v. 11. 12. item quid notetur ibidem voce **תורה** seu Legis.

3. Casus Legalis geminus proponitur Sacerdotibus: unus in  
vers. 13. de sanctificatione: alter in vers. 14. de polluitone, vid. Textus.  
Tremellius וְ in נגא disjunctivè explicat: item species illas panis,  
pulmenti vini, olei, vel cuiuslibet cibi exponit de rebus sacris: item illud  
שׁirkah ad virum refert ferentem carnem sanctam in extremitate ve-  
stis sua: at Schevatum, qvod in præterito נגע post futurum absolu-  
tum יישׁן est conversivum, hic fieri disjunctivum non  
concedendum: manifesta est horum duorum versuum oppositio:  
scilicet in v. 14. qvareritur, de tactu טמא נפֵל seu polluti, vel  
rei polluta: hic de tactu רבר קדש rei sancte: ibi: fires polluta seu  
tangat חולט seu profanum: hic fires sacra tangat חולט seu profa-  
num. Præterea. ibi in vers. 14. interrogatio רותצִים non est de  
id enim qvareri non poterat: sed de כל אלה repetitis scil.  
ex v. 13. illis speciebus. E. hic qvoq; interrogatio v. 13. non  
nisi de illis vini, olei, panis &c. speciebus prædicabitur. Notetur saltem  
aliud:

aliud: profanum esse, aliud sacrum, aliud pollutum. Res separata ab oblationem vel cultum dicitur sancta קָרְשׁ: res nondum separata ad usum sacram est טָמֵא seu profanum: Res sive sit sacra sive profana, sive vel ex morticinij contactu, vel alia ratione inquitur, sit טָמֵא seu pollutum. Panis ille, vinum, oleum, cibus in v. 13. erat profanus, id est, nondum sacram, nec tamen pollutus: & hoc fundamentum fuit sine dubio erroris Tremell. Scil. quia ipso tactu species illae demum polluantur in v. 14. E. fuerunt antea sacrae. Resp. vel profane.

4. Qvaritur jam 1. an res sacrae, e. c. caro sancta contactu sanctificet species illas profanas, panis, vini, olei, cibi, &c.? Respond. negative. Rursus 2. An vero contactus rei polluta seu id quod profanum est, fiat pollutum? Resp. affirmative. Laudo hic Lutheri versionem: Wenn jemand heilig Fleisch trige in seines Kleides Gehren/ und rühere darin nach mit seinen Gehren Brod/ Gemüse/ Wein/ Oele/ oder was für Speise were/ würde es auch heilig? Item: Wo ein Unreiner von einem berührten Glas/ dieser eins anruhrete/ würde es auch unrein? Chald. בְּשַׂר קָרְשׁ אֲבָבָה בְּשַׂרreddidit: at verbum הִקָּרֵשׁ Wird es auch heilig? per הַיְתָה בְּבָבָה polluetur? Wird es auch unrein? qui eadem voce redidit quoque, in v. 14. חַטָּמָה. Inde est quod Rabbinī planè contradictorium sensum, Prophetæ affingant, & questionem primam cum secundâ confundant, adducti vel seducti potius auctoritate Targum & Talmud. Gemara Massechet Taanith. Illud explicant per חַטָּמָה: item per חַטָּמָה או שְׁרֵץ: ut sensus primæ interrogationis sit: An res polluta, contactu suo polluat rem profanam? Sacerdotes id negasse: sed hæc sunt fallissima, & versu seqventi contraria: Hinc prolixè disputant: An sacerdotes erraverint נְבוּלָה, & si quæ plures sunt questiones Magistrales. Hinc merito quærit R. Abarbinel quare בְּשַׂר הַרְאָשָׁנָה id est, in quæstione primâ sit: in altera קָרְשׁ adeoque: הַיְתָה מִתְחָלֻפָּה. id est, argumentum unum: Egoverò, inquit, juxta tenuitatem intellectus mei puto quod non dicatur, de נְבוּלָה sed de omni carne בְּשַׂר קָרְשׁ vel שְׁנָר קָרְשׁ לְגַבְּנָה vel كل דבר טומאה מرفח id est, Quæ separata est ad elevandum illam וְקוֹרֵב עַל המזבח accendendum super altare. Talis, inquit, res sacra non sanctificat rem profanam. Re- שאין כה בקרש לקרש מהשאינו קרש gressimè

Etissimè contra socios vel Antecessores disputat, autoritate Thalmudicâ neglectâ hic Rabbinus.

5. In vocibus difficultatis parum est. Vox בָּשָׂר Hebr. tam latè patet, qvam ζερξ Græcis vel Hellenistis, hinc ossibus contra distinguitur Gen. 2, 23. Spiritui opponitur, & pro corpore usurpatur Esa. cap. 31, 3. sed & esse in carnem unam, idem qvod esse corpus unum, qvomodo vetores Germanos, ait Tacitus, uxores amasse tanquam proprium corpus. Sed & pro totâ persona Esa. 40, 5. pro non regenitâ naturâ, Genes. 6. Ubi Græci numero plurali expresserunt ζερνοις, qvod non nisi semel in numero multitudinis reperire licet in Scripturis Prov. 14, 30. ubi est: חַיִּים ubi vita carnium est totius corporis omniumq; membrorum bona constitutio, vid. & Græci in Levit. 21, 6. Vicinum huic in sensu est. שָׁאֵר qvod de Co-turnicibus dicitur Ps. 78. Sed magis tamen speciale, qvomodo qvi ex unâ carne egressi sunt, propinq; sc. & consanguinei שָׁאֵר dieuntur Levit. 18, 12. ubi בָּשָׂר שִׁיאָר seu caro carnis est consanguinea, ab una carne qvâ quasi recisa, vid. Onkel. Hieron. Vulg. Sant. Pagnin. qvem male hic correxit Ar. Mont. In קְרָב segregationis specialis est significatio seu בְּרִישָׁוֹת, qvâ voce gaudent Syri. Unde qvod specialior est segregatio è major qvoq; est קְרָב. Inde, qvod מְלֵאָה διάπλευη γατίσμα, Soli Sacerdoti ingrediendum cum sanguine erat, insigne J. CHRISTI & ἐπεγνώσιν τωδειαγωγ: Imò ipse Christus κακωεισμένος à peccatoribus קְרָב sanctum sanctorum dicitur. An contrarium in ipso themate admittat significatum (nam in קְרָב Cynædo γένενοισι & קְרָב prostibulo nexus justa est ratio) tam in hac voce nobis probatur: qvam in חַסְרָה & בְּרָך.

6. In בְּנֵי significatio est extensionis, & in extensione extremitatis sic 1. Sam. 24, 5. 6. 7. sic avis ale Deut. 4, 19. Sic in acie, extensio castrorum, vel copiarum, der rechte oder linke Krieges-Flügel: sic Dan. 9. בְּנֵי שְׁקוּפּוֹת מְשֻׁמְּדָה Luth. Bey den Flügeln wird seyn der Greuel der Verwüstung. At minus expressus vocum positus, punctatio, accentuatio: non est בְּנֵי absolutum: sed בְּנֵי cum Schva-Patach, per regimen constructum: nec ulla ratione per accentum conjun-

conjunctivum, illud קְנַפְשׁים שִׁקְרָבִים est à separandum: nec illud  
per evidentem Spiritus S. distinctivum characterem, cum  
Mschomem conjungendum: sed reddendum: *Alis abominabilissi-*  
*mis praeerit* (cum summo imperio) *devastator* (Titus Vespasianus).  
Bey/ oder über die Fügel der Grcuel wird seyn der Verküster. Deniq;  
וְעַמְלֵה וְעַמְלֵה est qui ex contactu cadaveris est pollutus: probatur ex  
Lev. 22, 4. & c. 21, 1. Num. 5, 2. talis enim exsulabat castris divinitatis,  
non tamen Castris Levitarum, nec Israelis, ut Leprosi & בְּנֵי־  
Conser & Num. 6, 6. qva וְעַמְלֵה, qvod respectu formalis, pro cadavere,  
seu corpore animæ contradistincto supponere, nondum concedi-  
mus. Vox autem נְמֻסָּה in Pihel, & impuritatis illationem forma-  
lem: & pronunciationem quasi forensem notat Genes. 34. v. 5, 13.  
Levit. cap. 13. v. 3.

7. Seqvitur in v. 15. quæstionum Sacerdotalium applicatio.  
Et respondit Chaggai, & dixit: Sic hic ipse populus: Et sic hec ipsa gens  
coram me, dictum Domini, & sic omne opus manuum illorum: & qvod-  
cungs offerunt, pollutum illud: adeoq; tantum absuit, ut sanctificentur  
per sacrificia, aliaque opera, ut potius illa polluant hactenus,  
immundo contactuq; omnia fœdent. Atq; haec publicæ calamitatis  
& maledictionis causa hucusq; extitit: in quo ad experientiam pro-  
vacat Propheta v. 6. Et nunc adhibete qvæsto animum vestrum (ad o-  
pera vestra) ab hoc ipso die (quo ædificationem templi feliciter ag-  
gressi estis) & supra; sed & adhibete animum ad tempus, quo nondum  
ponebatur lapis super lapidem in templo Domini, id est, conferte opera  
& vias vestras qvæ ædificationem templi suscepitam præcesserunt,  
cum illis, qvæ post cœptam instauracionem vobis obveniunt: ibi fuit  
perpetua infelicitas: hic omnimoda felicitas. Noretur hic 1. distin-  
ctè jubet eos animum adhibere primò adid, qvod contigit post susce-  
ptum ædificationis opus: deinde, ad id qvod ante: illud in membro  
primo: hoc in membro secundo. 2. וּמְעֻרָה & supra respicit tem-  
pus incepti hujus, qvi non interrumpetur, sacri laboris, vel inter-  
vallum à die 24. mens. sexti ad 24. mensis noni à qvo die indies  
majorem senserant benedictionem. 3. Illud, anteqvam poneretur  
לֶבֶן לְזִבְחָם נָדַב עַל lapis super lapidem. Chald. ita exponit:  
בְּנֵי־חַדְמָה נָדַב עַל נְרָכֵךְ בְּחִיכְלָא רַיִן  
B. pidum

pidum) super ordinem. Sed & 4. נְאָזֶן pro עַל non quidem iusitatum, vid. Ezech. 18, 6. II. cap: 22, 9. qvod explicatur per עַל c. 18, 15. hic tamen illud minime necessarium: cum lapis ad lapidem ponatur, omnino in tali lapidi ordinatione, ein Stein bey oder gegen dem andern. Igitur pergit Propheta v. 17. Ante esse illa (id est, ante suscep-  
tum ædificationis opus, ubiq; erat maledictio in omnibus terræ proventibus: nam) veniens ad acervum viginti (modiorum שְׁרֵמֶת Ruth. 3, 7. Cant. 3, 7. עַרְמוֹת עַר acervatim'z. Chron. 31, 7. no-  
tatur autem hoc loco מִנְחָה כִּי id est, הַשְׂרָה שְׁרָאוּ לְשׁוֹם מִנְחָה כִּי סְעִיר id est, Ager unde 20, ad minimum sat a seu modios polliceri sibi poterat colonus,) Et fuit (nonnisi) acervus decem (modiorum) Venit (aliquis) ad lacum torcularis (ille est קְבֻרָה Esa. 5, 2. hinc הַכּוֹתֶה יְקֻבָּה Num. 18, 30. plural. Job. 24, 11. Jer. 48, 33. Ebrei ita definiunt, qvod sit, fovea ante torcular, in quam exalcatum fluit vinum) ad exhaustendum (לְחַשּׁוֹךְ per לְחַשּׁוֹךְ item להוציא id est, fovea ante torcular, in quam exalcatum fluit vinum) ad exhaustendum (לְחַשּׁוֹךְ per לְחַשּׁוֹךְ item להוציא id est, exal-  
catus exprimunt Rabbini: significationem habet denudandi, item, in liquidis, exhaustandi, qvod cum sit, denudatur fundus, vid. Esa 30, 12.) qvinqaginta torcularis (mensuras, vel bathos: bis tantum reperitur, hic & Esa. 63, 3. Ebrei per דָרִיכָת הָעֲנָבִים בַּיְקָבָב id est, exal-  
cationem uvārū in lacum torcularis, Chald. hoc loco: חמשים פורה reddidit per חַמְשִׁין גַּרְבֵּין דְּחַטָּר id est, qvinqaginta mensuras uti nihi) Et fuit mensura viginti. Percussi vos urexine segetum, (Rad. שְׁרֵפָה adurere, vel urexine segetes consumere; non nisi Genes. 41, 6. 23. hinc שְׁרֵפָה & שְׁרֵפָה vid. sim. loc. Amos 4, 9.) rubigine (plaga segetum, quando non est nisi conjuncta cum i. Reg. cap. 5. v. 37. 2. Chron. 6, 28. Deut. 28, 22. Amos 9, 4. sed & hominum, notans icterum, morbum regium, quo homo slavecit Jer. 30, 6.) Et grandine, cum omnibus operibus manuum vestiarum: Et non vos ad me, (habetus conversi estis vid. Amos 4, 9. Hos. 3, 3.) dictum Domini. Igitur ponite cor vestrum (adhibete animum vestrum) ab hoc ipso die, Et supra (a die mensis sexti vigesim: quarto) a die sc. vigesimo quarto mensis noni: ab illo ipso die, quo redinstitutum fundamentum templi Domini, adhibete animum vestrum. Specificantis exempl. Exod. cap. 20. v. 20. Esa. 32, v. 1. & cap. 21. v. 2. ante nomen temporis vel loci, pro-  
longantis Esa. 37, v. 26. idem qvod uti dicitur מִרְמֵי קָדָם לְמַרְחֹק c. 23, 7.

c. 23, 7. Sic לְמִוּם jam inde à die illo Esa. 7, 17. Jud. 19, 30. 2. Sam. 7.  
 v. 6. Sic מִבְּרָא שֶׁנָּה jam inde à principio, 1. Paralip. cap. 15, v. 13.  
 Item, Michæ Cap. 7. vers. 12. Sic hoc loco notat evidentem  
 temporis determinationem. An adhuc (superest) semen in granario  
 (vim negationis habet. hæc interrogatio, id est, Nullum vel exiguum  
 vobis hactenus superest in granariis semen : nam seminavisti mul-  
 tum, & reduxisti parum vid. sup. cap. 1, 4.) Et (hactenus) ipsa etiam  
 vitis, *ficus*, *malus*, *panica* & *oliva* nondum protulit (fructum) at ab hoc i-  
 pso die benedicam. (Scil. id est, id quod est in granario & quod in agro, ut ferat fructus multos &  
 bonos.) Meminit autem harum specierum quod illæ erant excellen-  
 tissimæ & celebratissimæ species arborum terræ Israelis: confer  
 locus insignis Deut. 8, 8. ubi describitur id est, excellen-  
 tia Palestinae fructuum. זֶרַח הָרֶגֶז אֲשֶׁר יִשְׂרָאֵל כָּבוֹד מָקוֹם id est, Granarium. Chald. אֲדֻרָא aream. Et sic expedita est Pha-  
 rascha sexta.

## PHARASCHA SEPTIMA & ULTIMA, à y. 21, ad finem.

**E**s in hâc prophetia & pharascha ultimâ Argumentum ultimum  
 & speciale, quod tamen & egregie superioribus argumentis, &  
 propositioni principali totius prophetæ consonat. Scilicet hactenus  
 generalibus usus argumentis Judæos omnes concernentibus, prophe-  
 tavit רְמִשְׁיחָה עַתְּנִין וּרְכָבָל עַתְּנִין: nunc וְעַתְּנִין הַכִּירָה: vel, cuius ille  
 typus erat, illustri promissione suadet operis incepti con-  
 tinuationem: quia sc. ex tuo, ô Serubabel, semine tandem nascitu-  
 rus est Messias, instaurator ille regni spiritualis, in quo uno ruentibus  
 licet omnibus externis & corporalibus regnis, pax spiritualis  
 erit, & ad omnem æternitatem perennabit. ita igitur tam illustri  
 argumento commodissimè clauditur hæc Pharascha, totaq; Pro-  
 phetia. Duo, uti diximus, promittuntur i. regnum corporalium  
 destruclio, v. 21. 22. 23. 2. Messiae ex semine Serubabelis oriundi

gloriosa confirmatio; Fundamentum promissionis est נָמֵן צוֹתְךָ ter repetitum in ultimo hujus prophetiae versu: Factam esse promissionem illam eodem die, quo prior prophetia & pharascha docet vers. 21. Specialiter illam factam esse Serubabeli docet v. 22. memb. i. rem singularem & planè mirabilem hic prædicti, docet ad designandum apoteleſma supernaturale, usitatus Character Spiritus S. Ecce ego potentē commoturus sum cœlos & terram in membro 2. v. 22. qvam potentissimam cali terræ commotionem describit Prophetia in v. 23. 1. per corporalium regnorum, firmamentorum item bellicorum & instrumentorum militarium destructionem. 2. Serubabelis sublimem exaltationem, & confirmationem in v. 24.

2. כּוֹרְסִי Chald. Thronum seu solium Majestaticum notat Esa. 6, 1. Deut. 17, 18. כּוֹרְבִּיהַ Chald. Wenn er wird auch seinem Königlichen Thron sitzen. Antiquissimi Ebrei, ut patet ex eorum commentariis id est, principes superiores, seu Angelos regnis vel imperiis prefectos, thronos vocant. Abarb. ad Dan. 7, 9. כּוֹרְשִׁיהַ Schibicin Roi nor id est, Thronus ejus flammæ ignis scribit: id est; Throni illi, sunt Angeli spirituales, et principales, qui prefecti sunt regnis, et illi appellantur in verbis Rabbiorum nostrorum כּוֹאָחֶכְבּוֹר atque id convenit cum Apostolo, qui thronos toties meminit in ordine angelorum. Verba חַפְּרַת & כּוֹרְשִׁיהַ propinquas habent significationes. Mutatio utrobiq; notatur seu versio: sed hic propria & primaria significatio est mutationis per destructionem substantialem, eradicationem, vid. Jud. 21, 16. Deut. 4, 26. cap. 6, 4. cap. 31, 4. 2. Reg. 21, 9. Ibi vel in חַפְּרַת mutationis sive substantialis sive accidentalis, significatio est primaria, verändern/ e. c. קְנֵן רִיחָפְּרַת Jerem. 13, 23. Kan auch ein Mohr seine Haar verändern? Ps. 66, 6. & 105, 29. hinc est, vertere se ut Ps. 78, 9. verterunt animū, sc. quem ante procacissimum ostenderant: terga dederunt in die prælii: hinc radicitus evertere, cū de loco dicitur, everstione Sod. ac Gomorre qvæ clausula saepius additur Esa. 13. v. 19. Jerem. 49, 18. cap. 50, 40. Amos 4, 11. qvomodo miraculosa, subitaneam divinamq; eversionem & מִרְאָתָה notat vid. Gen. 19, 25. & 29. Job. 28, 9. Jer. 20, 16. Deut. 29, 23. Ex his constabit horum prædicatorum hoc in loco ratio.

מרקבה 8

3. רְכָבָה qvod *veloci* significat, vel *curru*, vel *equo*,  
vel *asino*: hinc nomina **רְכָבָה & רְכָבָה**. Utrumq; currum signifi-  
cat, sed maximè militarem, ex qvo in præliis usitato olim Persis, Ä-  
gyptiis, Indis more pugnabant: hinc *præfecti curruum militarium*,  
2. Reg. 8, 21. conjunguntur cum pharaschim seu eqvitibus, vid. de  
Pharaone Exod. 14, 7-8. de Sisera Jud. 4, 14. de Absalone 2. Sam.  
15, 1. De Persis, Curtius, qvod *falcatos* & *hastatos* *currus eminenti-*  
*bis ab utrāq; parte falcibus, & hastis cum fremitu in copias hostiles emi-*  
*serint & magnam stragem ediderint* אֲרוֹן אֶלְעָזָר *Vir ad fratrem*  
*suum, id est, unus ad alterum: de animatis & hominibus, Gen. 37, 18.*  
*cap. 42, 31. Exod. 10, 23. cap. 16, 15. cap. 32, 27. de re inanimata ut Che-*  
*rebinis super Arca Exod. 25, 20.*

4. A **סִיגַּיל** cui significatio est munitio e. c. ut sigillo, item  
obsignavit, vid. Deut. 32, 34. Es. 29, 11. est מִזְרָחָה in significacione muni-  
entis s. muniti in istar *sigilli vel annuli obsignatorij*, vid. Job. 38, 14. Kannst  
du dasselbe was fest und stark ist wie ein Siegelring/wol verändern wie  
Kohl? Et hanc ratione Sigillū notat, cui insculptum est *insigne* aliquod,  
cum nomine, vid. Exod. 28, 11. v. 21, & 39, 14. Hinc facile constat, quid  
h. l. sibi velit vox חֻותָם. Adde: Filius imago est substantialis, & char-  
acter hypostasos patris, cui per æternam generationem pater & no-  
men & totam essentiam interius impressit, adeò ut Pater sit in Filio,  
Filius in Patre. Nomen meum, ait Deus, est in interiori ejus Exod. 23.  
Sed & de totâ Phrasí: Ponam te, ô Messia, fili Serubabelis, tanquam  
annulum signatorium, id est, confirmabo te, tuumq; regnum majes-  
ticum, ut duret coram me in æternum. Conf. Cantic. cap. 5, 6. ubi  
fidelis anima, vel Ecclesia Christo despontata sollicitè Servatori suo  
supplicans, sibi quoq; divinæ naturæ rei invicivit, & novi nominis impres-  
sionem, mirificâ verborum dulcedine promittit. Pone me, ô Messia,  
sicut sigillum munitum super brachium tuum: nam vehemens, sicut mors,  
est dilectio, &c. Nec alias (qvod notandum putamus) hæc phrasis:  
Ponere tanquam sigillum, reperitur in universis scripturis. Sed &  
conferatur locus Jérém. 22, 24. Vivo ego, inquit Dominus, si Jechoniah  
effet sigillum super manum dexteræ meæ, tamen ex inde evellerem-  
te: vid. etiam v. 28, 30. & cap. 36, 30. Ex qvo textu, de Jechoniah  
B. dubitari

dubitari possit, an ille in *Genedlogiam Christi* admitti debeat: & tamen admittitur Matth. i, ii. ubi *Josia* dicitur genuisse *Jechoniam*, vel juxta codic. Rob. Steph. *Joakimum*: hic *Jechoniam*: sed & an flante illa *Jechonia* horibili devotione (vid. v. 30.) *Serubabel* potuerit principiatum super *Israel* obtinere, tam recenti avi *Jechoniae* execratione, & à successione seminis ejus rigorosâ exclusione: Resp. comm. Ebrei: גָּדוֹלָה שׁוּבָה בְּטַרְבֵּן אֶת־גִּנְוָרָה וְאֶת־חַשְׁבּוּעָן magna pænitentia cessare fecit decretum, & maledictionis juramentum: igitur *רוּחַ שׁוּבָה* זוֹ הַשׁׁוּבָה profuit illi *Jechoniae* pænitentia, in mitigatione decreti. Vid. hoc loco Rabbini. Notetur etiam oppositio: *Ego, inquit Deus, robur regnorum vel quicquid est in regnis gentium robustum, magnificum, validum, fuditus exscindam: at te, ô Serubabel, singulariter confirmabo:* ita igitur reprobrum corporalium eversio, & regni Christi gloriosi confirmatio pulchre conjuguntur: sed & versus ultimus propter rerum sublimitatem triplici *Neum-JEHOVA* confirmatur.

5. Quæ ad hanc ultimam pharascam porrò faciunt videantur in questione 6. Rabbini Abarbinelis: quam unacum ceteris nunc ordine subjicimus. Igitur queritur:

i. An in domo secundâ fuerit prophetia?

אֵיךְ אַרְזֵל שְׁכָנָה שְׁנִי לֹא חֶלה נְבוֹאָה: הַלְאָרָאָנוּ שְׁחוֹגִ נְבָאָה שָׁמֶן כָּלְ הַנְּכָאוֹת הַכְּתוּבָה בְּסֶפֶר הָהָרָה וּכְרִיחוֹ מֶלֶאָכִי:

*Resp.* נְבוֹאָה חֲסֹרָה בְּבֵית הַשְּׁנִי לִפְנֵי שְׁנָגָם אחריו fuit instauratione

Prophetia in templi II.

desuit perfectione.

2. s. Qvæstio 2. Quomodo stare possit illa de reinauguratione secundi templi Prophetia magnificentia cum præcipuarum rerum carentia?

אם היה שהקבה סלק שכנותו מישראל בחרכובות ראשן ולא רצתה להשפיע בבית שני רוח הקברש ולא אוים והופים

וְתִמְינָה ; וְלֹא אֲשֶׁר שְׂמֵנוּ 4 אָרוֹן אַדְּגָת כְּפֹרָת וּכְרָבִיב  
שְׁכִינָה כְּמוֹ שְׁכוּרָה חֹלֶך בְּסֶכֶת יְוָמָה לְמָה צָוָה  
בְּבִנְיַן חַבּוּרָת הַשְׁנִי עַל נְבָיוֹן וּמְ  
gnificè & solenniter per Prophetas iussit adificationem templi?

3. Qvomodo illa qvæ de item רַעַש הַגּוֹיִם &  
amplitudine gloriæ dicuntur Cap. 2. 6. 7. 8. convenient conditioni  
templi secundi?

4. Qvomodo proinde gloria templi secundi potuerit antecellere  
gloriam templi primi? v. 9.

איך אָפְצָר שְׁחִיבוֹת אֲשֶׁר בְּנָה וּרְבָּכַל בְּמָרָה אֲשֶׁר נָתָן לְהָם  
מִן פְּרָס הַיּוֹת וּתְרַכְּבָּר מִן חַבּוּרָת שְׁלֹמוֹה:  
Qvomodo v. illud: Et in hoc loco dabo  
pacem stare possit cum qualitate templi secundi, sub quo vel nulla, vel in-  
certa, vel minus continua pax fuit?

זה באהמת לא נתקיים בבות שני: ר' ר' בזון הבניין  
על צוריו יתווה 2 ורא בימי יונאים שם היה מרחמת  
החשמונאים 3 ולא בימי בירח הורודוס עד אחרוני ר' ר' ר'  
השמיריה ומתי נתקיים א' ובמקום הזה אתן שלום כומ' כות שני:

Ad has qvæstiones partim bene: partim male respondet: melius ta-  
men omnibus ceteris, Kimchij scil. Aben-Esra & R. S. Jarchio, qvorum  
ineptias etiam refutat. 1. Resp. Illam magnificentiam vel gloriam,  
non consistere in externâ secundi templi specie, illa itidem, qvæ de  
cœli, terræ, maris & aridi, gentium item commotione, &c. dicuntur  
magnificentiora esse, qvam ut intelligantur de illâ רַעַש qvæ templi secundi  
primordiis fuit proxima, vel de illa qvæ facta est sub Alexandro Magno,  
ejusq; Successoribus, &c. Id rectè. 2. Id qvod dicitur רַעַש הַכְּסָף וְלֹא  
כְּהַנָּהָן: non notare auri argenti in templo secundo abundantia:  
כל כך לא כיהורום: בְּבִית הַשְׁנִי לֹא הוֹרֵך עֲשָׂר  
3. Domum secundam dici majorem domo pri-  
mâ, non ædificii, non durationis, non externæ pulchritudinis: sed  
gloriæ respectu: proinde errasse Rabbinos antecessores, qui Thalmud se-  
cuti exposuerint illud: גְּרוּל וְיָירָן כְּבָר הַבִּתָּה הוּא וְגו' vel de  
בְּנִי

בְּנֵי seu Templi secundi magnitudine, vel pulchritudine, vel dura-  
tione.

6. Quid innuat per כבוד item per phrasin illam: Implore  
gloria vers. 8. Item quomodo גָּדוֹלָה fuerit כבוד posterioris templi  
pre gloria primi, ex accurata Scripturarum collatione expedivimus.  
Sci. in V.T. gloria Domini explicatur per nubem gloriosam & divi-  
nam, qvæ replevisse vel in umbras dicitur & Tabernaculum à Mole  
erectum: & S. Sanctorum, Templū prioris cum in eo reponeretur ar-  
ca. Et de illo dicitur in locis Exod. Cap. ult. 1. Reg. Cap. 8. Et re-  
plevit gloria Domini tabernaculum, vel templum. Ibi igitur  
illafuit gloria seu ipsius Dei sub nube presentia mirabilis. Hic  
etiam dicitur: וּמְלֹא תִּתְהַלֵּךְ כְּבוֹד. - Qvanam verò glo-  
ria? Num forte nube illa gloriosa, illustri divine presentie signo? Mini-  
mè: sed multo illustriori: (nam major erit כבוד &c.) quod nullum a-  
liud esse potest: quam quod ἡγεμόνης Καρκίνος, καὶ σταυρωσις εἰς οὐρανούς  
cuius δόξα, seu gloria verè fuit μονογάδης πατέρα τοῦ Θεοῦ. Quod igitur  
ibi erat nubes gloria: hoc in templo secundo fuit ipsius Messie  
presentia de quo alibi Malach. Et veniet ad templum Dominus,  
&c. & cum Deus מֶרְגָּלָה בְּבָשָׂר venit in templum secundum, tum major  
fuit gloria domus posterioris quam prioris. Illa gloria in V. Test. anti-  
qvissimis Ebrais dicta fuit שכינה: שְׁכִינָה: qvod de gloria Domini ipsius  
s. Domini habitatione gloriosa in S. Sanctorum freqvens est in Scriptu-  
turis: in Paraphrasibus Chaldeis Λόγον seu Dei filium, sapè שכינה  
dici, atq; hinc esse, quod Grāco verbo ἐσκευάσει in explicatione illius my-  
sterij usus fuerit Johannes, imo quod illum Dei filium ὀψευσθεῖς vocat: Ιδού  
ἡ ὀψευσθεῖς μετὰ τοῦ αὐθεωπαντοῦ. καὶ ὀψευσθεῖς μετὰ αὐτῶν, Apoc. 21,3.  
Nam ab Hebreo בְּנֵי est Grācum ὀψευσθεῖς & ὀψευσθεῖς, & coincidit signifi-  
catio. 4. Ut ad Rabbinum redeamus parem quidem nedum major-  
rem fuisse, dicit, vel magnitudinem vel pulchritudinem domus secun-  
dæ cum magnitudine vel pulchritudine domus prime. Et licet, inquit,  
Josephus meminerit illam magnificam ab Herode factam domus se-  
cundæ redinstauracionem, licet etiam sapientes nostri multa dicant  
de domus posterioris pulchritudine insigni, tamen illi non audent  
illam

illam priori præferre: sed hoc saltem dicunt: Herodem ad eum magnitudinis & pulchritudinis gradum reduxisse domum secundam, quem obtinuit postquam primò à Serubabele est perfecta. Hæc inquam, & si quæ cætera sunt, rectissimè dicit ille Rabbinus, sicut & illud, quod de pace corporali sub templo secundo explicari non possit id quod dicitur: וְכִנּוֹתָם הוּא אַתָּה שְׁלֹמֶן. Sed in applicando vel concludendo vehementer errat, dum ad templum, quod sperat, tertium, & liberationē Iudeorum universalem detorquet tam manifesta Prophetæ verba: possem hic in confutationem argumentorum, quæ adducit, digredi, nisi ad finem properandum.

7. Sexto igitur quærit: quomodo Pharaschæ ultra stare posset cum suo complemento? Verba ejus sunt: לא תְּרוּעֵנוּ נַתְּקֵי יְמֹנוֹ הַנְּבוֹאָה חֹזְאָה וְאַנְּזֵן לְנוּ לְפָרָשָׂת עַל־חָוָקָן מֶלֶכְתָּה בְּכָל־כֵּבֶד כִּי זֶה כָּכָר עֲבָר לְפִי שְׁהָנוּ לְאַנְבָּא כִּי אַתָּה בְּשָׁה, לְהָרוּיוֹן וְלְאַתָּה מְפָלָחָמוֹ מֶלֶכִי פָּרָס כִּמוֹ שְׁצָבָבָר רְשִׁי וּרְקָן; וְעוֹד כִּי מִירָא אַחֲרָה שְׁבָנָה זְרוּבָּבֵל אַתָּת הַבִּים שְׁבָבָל וְשֵׁם מָתָּת כִּמוֹ שְׁחַבְבָּז וּסְכָפָבָז גְּרוּיָין וְאַיךְ אַם כְּזָה לְקֹתוֹ הַשֵּׁם וְשֵׁמוֹ כְּחוֹתָה Rectiss: quod nec illud: בְּיֹם הַחְאָן In v. i. hujus sectionis de bellis Persarum &c. accipiat nec Zorobabeli convenire dicat, id quod dicitur: In illo die ponam te Serubabel tanquam חֹזֶם &c. conf. veram significationem vocum: וְהַמְהֻתָּה וְהַשְּׁמָרָתָה Illud: quod contrarium non conveniat Serubabelis etati, qui jam 130. plus minus fuit annorum, in templi secundi rediustaurazione: si jam de Serubabelis personâ, & illa quæ per translationem Monarchie secunde ad Gracos, Authore Alex. M. facta est, commotione illa debent intelligi, sequitur Serubabelem supervixisse adhuc 90. fere annos: adeoq; mortuum esse anno etatis 220.: quod præter Historiae fidem minus probabile facit, illorum temporum ratio. Addo tamen ipsius Rabbini expositionem contractam: Hec, inquit, vera est meæ opinione Pharaschi kufus expositiō: שהשי הַדּוּעָה אַתָּה זְרוּבָּבֵל שְׁחַמְלָר אֲשֶׁר וּמֶלֶךְ כִּי שְׁרָי בּוּמָן גָּאוּלָתָם מְשִׁיחָה מְרוּעָה זְרוּבָּבֵל וְסְכִיָּה רְדוֹן: וּרְאָתָה הַקְּבָרָה לְהַזְרִישׁוּ כָּל זה כִּי לְנַחֲמָנוּ וְלְדַרְבָּר עַל־לְבָוֹן: ועל זה אמר

C

וְאַחֲרֵי זֶה בָּנָיו שָׁלֹחַ אֶל עַבְדֵי וּשְׁמַתּוֹךְ כְּחוֹתָם וְגַם כִּי לְהִזְהִיר  
מֶלֶךְ הַמִּיחָה מְוֻרָעַ אֶפְרַיִם שַׂיְחָחוּ: וְהַונְּגָה עַל רַךְ מַדְּבֵץ שָׁאָמָרָה:  
וְגַם עַבְדֵי נְשִׁי לְהַמְּלָאָכָל: שָׁמֶלֶךְ הַכְּשִׁיחָה הוּא וְהַיָּה רֹדֶרֶת  
וְהַיָּה זֶה בָּנָיו לְהִזְהִיר חֹטֶר וּצְאָרָם מְגֻעָם: *Dicit 1. Dominum benedictū revelavisse per hanc Pharascham Serubabeli, qvod Rex qui regnaturus sit in tempore redemtionis Israe lis, futurus sit Messias, ex semine Serubabel & domo David. 2. Hanc pharascham subiecisse Prophetiæ ad consolandum Serubabelem promissione Messiae. 3. Et de Messia id: Ponam te tanquam sigillum &c. dictum esse. 4. E- undem Regem Messiam, cum sit ex semine Serubabelis non minus Serubabel dici posse (vel id de Serubabele dici, qvod proprie Christo competit) quam alias David dicitur, propter eandem rationem generationis ex semine David. 5. Igitur Regem Messiam dici David, dici Serubabelem, qvod sit virga ex radice vel stipite illorum. Hac inquam sunt vera, ut doleam hominem illum in veritatis agnitione luce, non ulterius profecisse, & in illum, quem nos venisse credimus, Messiam, Dominum nostrum Iesum Christum, credidisse: sed in vanitate futuri adhuc & in templum tertium venturi Messiae, animam infelicem exhalasse.*

8. *Nostrum jam est ψαλμες θ' αιματην τελογυας και πλην απων θεον* Rabbini Abarbin. suo iudicio nostram religionem contradictoriorum convincentis retundere, & τὸν ἡνὸν ἀποτελεῖται μάλιστα γεγονότα. Elenchum ergo Anti-Christianum ita claudit: כפנתן חטענות שעשו חכמי הנוצץ שוכרו בשאלות וראית שאין לפреш הנכוואץ הוחאת על כירז שני: Falsissimè hæc dicuntur: nec enim est consequentia: CHRISTIANI Pharascham Chaggæ de gloriâ excellentiore & desiderij gentium manifestatione, non explicant de extera & terrestri gloriâ, vel splendoris excellentiâ. E. Planè non explicant de domo secundâ, vid. Disp. prima & maxumè Pharascha de gloria. Pergit idem Rabinus: מבח הטענות שעשו מלכומה: שיעורי אמונהם היב נמנעים בעצם ויצאים מרך המושכל מכואר שאינן אפשר שמשמעותם על פ רעהות: Falsissimè dicit vi instantiarum suarum, impossibilem esse nostram Christianorum expli-

explicationem Pharaschæ illius: quam potius in Messia nostro JESU NAZARENO exactè completam, utraq. in Chagg. Disput. evidenter docimus: mendacissimè dicit, fundamenta religionis Christianæ sibi ipsi repugnare: quod in blasphemos Judeos convenire, quippe quibus ὁ Θεὸς ἐπιώντας τοῖς φλάσιοις τῷ νόμῳ τούτῳ, εἰς τὸ μη αὐγάσταις αὐτοῖς, τὸ φωλισμὸν τὸ δόξαντον JESU CHRISTI, ut ita in his δυστολεῦμαί τις κενολυμαδίον Evangelium, unde miserabiles, sibiq. contradicentes Propheticarum ερεθίσθητε, vid. Kimchi. Jarchi. Ab. Esr. Abarb. in hac Prophet.) novit, qui religionem Judæorum novit.

העצמו ח' הנוץ של' נאמראַת ר' נבואה ע' בות שנייה  
9. Sie falsissimè dicit נאמראַת ר' נבואה ע' בות שנייה Resp. enim: CHRISTIANI ita argumentantur: Excellentia illa & plenitudo gloriae, qvæ describitur per Messiacæ manifestationem, & Gentium potentem ad CHRISTUM conversionem, competit domui secundæ: at non respectu excellentiæ externæ, mundanæ, splendoris corporalis. E. Respectu boni aliqui-jus & Excellentiæ spiritualis. scil. Manifestandi sub hoc templo Regis Messiae, &c. Rabbinus autem ita argumentatur: Excellentia illa gloriae est Schechina seu splendor externus gloriosus Dei, &c. Atq; talis non fuit in domo secundâ. E. In tertia corporali domo seu templo demum ædificando. Sic porrò, quod CHRISTIANOS illum gentium per קבוץ העם לכבלה אמונה explicare dicit ex parte concedimus, uti & illud quod de גשומה עברות הקרבות velut absurdum exagitat, cui tamen πάντες οἱ ωραῖοι μαρτυρῶσιν, vid. Esa. cap. 2. 40. 60. &c. Psal. 110, 3. Sachar. cap. 2. 3. 6. 7. 9. &c. at illas voices: Major erit gloria hujus, hujus inquam, ipsius domus, quam prioris, &c. formaliter de Ecclesiâ N. T. & non de templo corporali Judaico secundo, nos explicare, negamus.

10. Sed Latinè Logicę, videamus ipsius seu confutationes quas vocat, validas. I. Quadringenti anni non sunt זמן. At tempus, qvod intercessit inter hanc Prophetiam, & nostrum Messiam sunt 400. anni. E. & per conseq. non respicit hæc Pharascha nostrum Messiam. Resp. Limit. subjectum vel סמכותה סמכותה & simpliciter vel סמכותה, seu relativè. Priori ratione conceditur

ceditur totum argumentum: sed id quod educitur à Rabb. ex conclus. בְּבָרַת הַצְּטָרוֹת סְלִיכֵת  
אין מחריך. Posteriori ratione negatur major syllogismi. Ratio quia  
magnum & parvum sunt εκ των, seu יְהוָה שֵׁם, Esaiæ de ρ' מֶלֶךְ כָּסְפָּן  
aproprietate Jacobi de Schiloh item Davidis, de וְאֵלֶיךָ מֶלֶךְ כָּסְפָּן Scilicet  
ad Messiam fuit: at à Daniele, Chaggæo, post  
מִצְרָיִם בָּבֶלոն מִצְרָיִם supererant מִצְרָיִם de quo Sacharias c. 9. Ecce,  
օ filia Zion Rex tuus jam venit: intona jam jubilos: de quo Malachias  
dicere potem: Bald wird kommen der Engel des Bundes/ &c.

II. Quo tempore contigir עַד Pharaschæ ultimæ eodem &  
רַעַש Phataschæ quintæ. At illa tempore Serubabelis. E. & hæc.  
Resp. assumptionem negavit ipse Rabbinus in explicatione quando illam.  
Prophetiam interpretatus est de Messia Serubabelis semine.

III. De illo tempore est explicanda Prophetia, quo data fuit  
pax in Jerusalem. At tempore JESU NAZARENI non fuit pax in  
Jerusalem: sed potius כָּנָף שְׂקוֹצִים מִשְׁמָמָה & קָצֵב בְּשֻׁתָּה. E.  
Resp. Limit. prædicatum de שְׁלוֹמָה רָוחֲנִי, de illa pace que est propria  
regno CHRISTI, quod est justitia, pax & gaudium in Spiritu S. quam  
pacem descripsérunt in V. T. Prophetæ ut insauratam, vid. Esa. cap. 11.  
cap. 60. Sachar. cap. 9. In N. T. Angeli Luc. 2. & Apostoli ist morte & me-  
rito I. CHRISTI insauratam, vid. Rom. 5. 2. Cor. 5, 16, Eph. 2, 14. et  
tempor futuri Messiae in toto orbe cessabit bellum  
corporale, & omnibus religionum diversitatibus sublatis, omnes gen-  
tes convenient in unâ veri Dei religione somniandam & speran-  
dam Judeo relinquimus. Objicit preterea Rabbinus multas CHRI-  
STIANORUM sectas וְהַתְּלִפּוֹת אַמָּנוֹת וְחוֹתּוֹת qvæ exce-  
perit JESUM nostrum. Sed illa id quod jam diximus falsam suppo-  
nit: & extra הכרה כוונת הכהן procedit. Nos hic Exercitatio-  
nem in Chaggaum secundam & ultimam  
claudimus.

כָּנָף : קָצֵב



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn772392188/phys\\_0027](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772392188/phys_0027)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn772392188/phys\\_0028](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772392188/phys_0028)



conjunctivum, illud **כָּנָף** est **אַקְצִים** **סֵפָרִים** per evidentem Spiritus S. distinctivum Mschomem conjungendum: sed reddendum mis praerit (cum summo imperio) devastator. **וְהַי** oder über die Flügel der Greuel wird seyn du **שֶׁבֶת** est qui ex contactu cadaveris est per Lev. 22, 4. &c c. 21, 1. Num. 5, 2. talis enim exsula non tamen Castris Levitarum, nec Israelis, ut Confer & Num. 6, 6. qva **עֲזֹב**, qvod respectu seu corpore animæ contradistincto supponerimus. Vox autem **נְבָט** in Pihel, & impuritatem: & pronunciationem quasi forensem no Levit. cap. 13. v. 3.

7. Seqvitar in v. 15. qvæstionum Sacerdotis respondit Chaggai, & dixit: Sic hic ipse populus coram me dictum Domini, & sic omne opus manus eorum offerunt, pollutum illud: adeoq; tantum ab sacrificiis, aliaqve opera, ut potius illi immundo contactuq; omnia fœdent. Atq; haec & maledictionis causa hucusq; extitit: in quo vocat Propheta v. 6. Et nunc adhibete qvæsto apera vestra ab hoc ipso die (qvo ædificationem gressisti) & supra: sed & adhibete animum ad ponebat lapis super lapidem in templo Domini, & vias vestras qvæ ædificationem templi suscepimus illis, qvæ post ceptam instaurationem vobis perpetua infelicitas: hic omnimoda felicitas. Cœlè jubet eos animum adhibere primò ad id, qvæ opus ædificationis opus: deinde, ad id qvod a primo: hoc in membro secundo. 2. **וּמְעֻלה** **לְעַמּוֹד** incepti hujus, qui non interrumpebatur, vallum à die 24. mens. sexti ad 24. mensis maiorem senserant benedictionem. 3. Illud lapis super lapidem. Chald. ita exponit: **עַמּוֹד** id est, cum nondum dis

B



illud n, cum abilissi sianus) Deniq; tur ex uitatis, בְּנֵי. avere, ncedi forma. v. 5, 13. icatio. sagens qvod centur stenus, nitatis m pro- (ad o- ter ag- dum opera erunt, bi fuit distin- susce- embro it tem- linter- indies veretur שָׁרֶן do (la- pidum

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.